

1532. iē = 22. Februarij.

Sigismundus I. Rex Poloniae,
Episcopo Vigorianensi.

Sigismundus etc.

Reverendissime in Christo pater,
amicè sincere nobis dilectè etc.

38
Declaravit nobis Venerabilis
Stanislaus Rzezyca, utriusque Juris
Doctor et Basilica beati Petri mi-
nor Penitentiarius ac Sollicitator isthuc
apud Sanctam Sedem noster, paterni-
tatem vestram in expeditione extensio-
nis Bulle Ordinariorum regni nostri
in favorem nostrum concessit studium
et propensionem suam erga nos declaraf-
se, pro qua ut ejus officij grates nos
esse cognoscat, agimus et habemus illi
gratias non vulgares, benevolentiaque
et gratificatione nostra regia, id quod
in ^{nos} ejus propensionis agnovimus, cum
latè illi per occasionem referre curabi-
mus, modo illa hunc quem cepit affe-
ctum cogere, et operam nostris ner-
gotijs, accommodare non desinat. Be-
ne valeat Paternitas Vestra, et sit
semper felix. Datum Cracoviae Die
Vigesima secunda Februarij. Anno Do-
mini millesimo Quingentesimo tri-
gesimo secundo, Regni nostri Anno
Vigesimo sexto.

1532. 22. February

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]